



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

2. Corpus gloriosum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

ditionis describuntur, & continent purissimum aurum, gemmasque pretiosissimas sensu mystico omnis generis, plures, quam habuerit Templum materiale Salomonis. DEDICATIO Domus Sapientiae, quae est Christi Humanitas, dici potest gloriosa Resurrectio: nam per eam omni mortalitatis, seu passibilitatis paupertate deteresa, solennitas aeterna, festivitas sempiterna in voce exultationis, & confessionis in eacelebrata est ab Angelis, & celebratur accelebrabitur ab hominibus, quotquot sunt vel erunt filii Resurrectionis. Plura de Domus Sapientiae, quatenus est corpus Christi, aut Humanitas illius, Aedificatione, partibus, ornatu, dedicatione, dicemus propriis locis, ac titulis: cum tanquam Templum, Hospitium, Palatium describetur.



SERMO VIII. DOMVS SAPIENTIAE.

Sensu Anagogico.

I. **C**AELUM empyreum anagogicè dicatur Domus Sapientiae. Septem Columnae, universitas Angelorum, quos excidit Sapientia, id est, a ruina cadentium separavit, Job xxvi. II. *Columnae caeli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus.* Ita Ugo Cardinalis. Proverbior. ix.

II. Corpus gloriosum, quod tanquam Domum inhabitatio nis aedificat sibi, scilicet filiis, discipulis, & auditoribus suis Sapientia, si vitam suam secundum monita data instituant. Ad hunc sensum facit illud Christi Joannis secundo 19. *Solvite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud,* id est, post mortem, corpus gloriosum red-
dam